

Declarationem in fauorem Regularium à Pio. 5.
 factam, quæ est huiusmodi. Congregatio
 Concilij censuit non comprehendi Mo-
 nasteria edificata à quadraginta annis
 citra, aut quæ indies edificantur, vel infutu-
 rum edificabuntur: præsupposito quod hu-
 iusmodi Monasteria sint eius Religionis,
 cui à Sede Apostolica indultum sit, vt quar-
 tâ funeralẽ non debeant soluere Episcopo.
 Garrafa. Et refert Pr. Noreña in suo Cõpen-
 dio qd cum controuersia fuisset inter Fra-
 tres Prædicatores & Episcopum de Quati-
 mala, data fuit sententia executorialis per
 Reuerendissimum Archiepiscopum Mexi-
 canum in fauorem Fratrum, vt non solue-
 rent dictam quartam. Et ratio, quæ mouere
 potuit Pium. 5. & hos Illustrissimos Patres
 ad declarandum, quod Monasteria, quæ fue-
 runt à quadraginta annis citra, idest [de
 quadrenta años aca] fundata, non soluerent
 dictam quartam, siue soluerint illã, siue non,
 fuit, quia non præscribitur consuetudine cõ-
 tra Ecclesiam, nisi per annos quadraginta,
 etiam contra Ecclesiam Parochialem, vt te-
 net Panormitanus in cap. si. de Consuetud.
 num. 11. communiter receptus. Et Mona-
 steria